Quila hęc quę dicit Ganimedē rapuisse & amanti Ioui tradidisse. hanc etiam Iupiter primus ex auiū genere delegisse sibi existimat: quę sola tradita est memorię: cōtra solis oriētis radios contēdere uallere. Itaq; sup a quariū uolare uidet. Hūc enī cōplures Ganymedē esse finxerūt. Nōnulli etiā dixerunt Meropē quendā fuisse: qui Coam insulā tenuerit regno: & a filię nomīe Coon: & boīes ipsos a se: meropas appellaret. Hūc autē habuisse uxorē: noīe Ethemeā genere Nympharū, pcreatā: quę cū desierit colere. Dianā ab ea sagittis figi cępit. Tandē a, pserpina uiuam ad inferos arreptā esse. Meropen aūt desiderio uxoris permotū: mortē sibi cōsciscere uoluisse. Iunonē autē misertā eiʹ: in Aquilā corpʹ eiʹ cōuertisse: & inter sidera cōstituisse: ne si boīs effigie eū collocaret: nihilominʹ memoriā tenens: cōiugis desiderio moueret. Aglosthenes aūt qui naxica scripsit: ait Iouē Cretę surreptū. naxū delatū. & ibi esse nutritū. q postq; puenerit ad uirilē ętatē & uoluerit bello lacescere titanas. sacrificanti ei aquilā auspicatā. quo auspicio usum esse. & eā inter astra collocasse. Nōnulli etiā dixerūt Mercuriū. alii aūt Anapladem pulchritudine ueneris ductū in amorē incidisse: & cū ei copia nō fieret animū ut cōtumelia accepta defecisse. Iouē autē misertum eiʹ. Cum Venus Acheloo flumine corpus ablueret misisse aquilā quę sociū eiʹ in amitenea ęgyptioꝝ delatū Mercurio traderet: quē psequens Venus ad cupientem sui puenit: qui copia facta, p bnficio aquilam in mūdo collocauit.

Delphin. Hic qua de causa sit inter astra collocatus Eratosthenes ita cū ęteri dicit. Neptunū quo tpe uoluerit Amphitricē ducere uxorē: & illa cupiēs seruare uirginitatē. fugerit ad atlanta. cōplures eo quesitū dimisisse. In his & delphina quendā noīe qui puagatus insulas: aliquando ad uirginē puenit eiq; psuasit ut nuberet Neptuno: & ipse nuptias eoꝝ admīstrauit. Pro quo

facto:inter sidera delphini effigiē collocauit.Et hoc amplius:q Neptuno simulachrū faciūt:delphinū aut ī manu: aut sub pede ei⁹ cōstituere:uide :Neptuno gratissimū esse arbitrāt. Aglo/ asthenes aūt q naxica cōscripsit Tyrrhenos ait fuisse quosdā na uicularios:q liberū patrē:puerū receptū:ut naxū cū socis suis co mitib⁹ transuectū:redderēt nutricib⁹ nymphis: a quib⁹ eū nutri tū.& nostri:in pgeniē deorū & cōplures greci dixerunt.Sed ut ad ppositū reuertamur.nauicularii spe prędę īducti nauē auer/ tere uoluerūt:qd liber suspicat⁹:comites suos iubet symphonia canere: quo sonitu inaudito Tyrrheni cū usq eo delectarēt: ut etiā in saltationib⁹ essent occupati:cupiditate se ī mari inscii p/ iecerūt:& ibi delphini sūt facti:quorū cogitationē cū Liber me morię hominū tradere uoluisset:uni⁹ effigiē inter sidera collo/ cauit. Alii aūt dicūt:hūc esse delphina: q Ariona cytharedū. ex siculo mari thenariū trāsuexit : q cū cęteros artificio pstaret & circū insulas quęstus causa uagarēt:seruuli ei⁹ arbitrati: plus ī pfidiosa libertate cōmodi q̄z ī placida seruitute esse:cogitare cę perūt ut dño in pelag⁹ piecto:bona ei⁹ inter se ptirent:q cū co/ gitationē eo⁹ sensisset:petiit nō ut dns a seruis:sed ut innocēs ab īprobis:ut parens a filiis:ut se liceret ornatū:qua sępe fuerat ueste:qm̄ nemo esset ali⁹ ut ipse q suū quęstū psequerēt euentū. Qd cū īpetrasset:cytbara sūpta:suā cępit deflere mortē: quo so/ nitu ducti delphines:e toto mari pnatāt ad Ariōis cantū.Itaq deorū īmortaliū ptāte īuocata.sup eos se deiecit:quorum unus Ariona exceptū ptulit ad thenariū litt⁹.In cui⁹ memorię causa: quę ibi statua ē Arionis ī ea delphini simulachrū affixū uidet. Pro qua re inter sidera ab antiqs astrologis ē figuratū.Serui aūt q p se putarāt seruitute elapsos tēpestate thenariū pducti a dño cōprehensi nō mediocri supplicio sūt affecti.



Quus.Hūc Aratus & alii cōplures:Pegasum Ne/ ptuni & Medusę Gorgonis filiū dixerunt:q ī he/ licone: boetię monte: ungula saxū feriens : fontē

aperuit:q̃ ex ei⁹ noie Hypocrine ẽ dictus. Alii dicũt quo tpe Bellorophontes ad Proethũ abantis filiũ argiuoꝝ regẽ deuenerit: Anciã cõiugẽ regis: hospitis amore inductã: petisse ab eo: uti sibi copiã faceret: ꝓmittens ei cõiugis regnũ. quę cũ impetrare non potuisset: uerita ne se ad regem criminaret: occupat eũ sibi uim afferre uoluisse. Proetho dicit: q ꝙ eũ dilexerat: noluit ipse suppliciũ sumere: sed qꝯ equũ esse sciebat: mittit eũ ad Iebatẽ Ancię reginę patrẽ: quẽ alii thenobeiã dixerũt: ut ille filię pudicicią defendẽs Bellorophontẽ obiiceret Chimerę: quę eo tpe lyciorũ agros uastabat flãma: unde uictor ꝓfugiens post fontis inuentionẽ: cũ ad cęlũ cõtenderet euolare: neq̃ longe iã abesset despiciẽs ad terrã: timore ꝑmotus decidit: ibiq̃ ꝑisse dicit. Equus aũt subuolasse inter sidera ab Ioue cõstitut⁹ existimatur. Alii nõ criminatũ ab Ancia: sed ne sępi⁹ audiret: qꝯ nollet: aut ꝑcib⁹ eius moueret: ꝓfugisse argis dixerunt. Euripedes aũt in melãcippa tpe hippẽdironis centauri: filiã theanthea appellatã dicit. quę cũ aleret in mõte Pelio: & studiũ in uenando maximũ haberet: quodã tpe ab eo loco hellenis filio: Iouis ne pote ꝑsuasã cõcepisse: cũq̃ iã ꝑtus appropinquaret. ꝓfugisse in siluã: ne ꝑi cũ uirginẽ speraret nepotẽ ꝓcreasse uideret. Itaq̃ cũ parẽs eã ꝑsequeret: dicit periisse a deorũ ꝑtãte: ne pariẽs a parẽte cõspiceret: quę deorũ uolũtate postq̃ꝫ pepit in equã cõuersa ĩ astra ẽ cõstituta. Nõnulli eã uatẽ dixerũt esse: sed qꝯ deorũ cõsilia hoib⁹ sit enũciare solita: in equã esse cõuersã. Callimach⁹ aũt ait: ꝙ deflerit uenari: & colere dianã: in quã speciẽ supra dixi/mus: eã dianã cõuertisse. Hec dicit etiã hac re nõ esse ĩ cõspectu Centauri: quẽ Chirona esse nõnulli dixerũt & etiã dimidiã apparere. quod noluerit sciri se fęminã esse.

Eltoton. Hoc sidus uelut lrã ẽ gręca ĩ triãgulo posita. itaq̃ appellat: qꝯ Mercuri⁹ supra caput Arietis statuisse existimat: iõ ut obscuritas Arietis huius splendore: quo loco esset significaret & Iouis noie

gręce Δίοσ primā litterā deformaret. Nōnulli ęgypti positio nē. Alii qua Nilus terminaret ęthiopiā esse & ęgyptū dixerūt. Alii Siciliā figuratā putauerūt. Alii ꝙ orbē terrarū supiores tri phariā diuiserūt. tres angulos esse cōstitutos dixerūt:

ARies. Hic existimat̄ esse qui phryxū trāstulisse & Hellen. dictus est. ꝑ hellespontū: quē Hesiodus & pherecides ait habuisse aureā pellē de q̄ alibi plu ra dicem⁹. Sed hellen decidisse ī hellespontū & a Neptuno cōpressā Peona ꝓcreasse: cōplures. Nō nulli Edonū dixerūt. Pręterea phryxū incolumē ad Oetā pue/ nisse & Arietē Ioui īmolasse. Pellē ī tēplo fixisse & Arietꝭ ipsi⁹ effigiē ab Ioue inter sidera cōstitutā: hr̄e tēpus āni quo frumen tum serit̄: & iō ꝙ ortū seuerit ante: quę maxime fugę fuit causa. Et erasthetenes ait arietē ipsū sibi pellē aureā detraxisse & phry xo mēorię causa dedisse: ipsū ad sidera ꝑuenisse: quare ut supra dixim⁹ obscuri⁹ uideat̄. Hūc autem nōnulli dixerūt ī oppido horcomenio qđ ē in boetia natū. Alii ī saloꝝ thessalię finib⁹ ꝓ/ creatū. Alii dicūt Cretea & athamantē cū aliis plurib⁹ ęoli filios fuisse. Nōnulli etiā Athamātis filiū Salomonē eē: ęoli nepo/ tē eē dixerūt. Cretea aūt habuisse demodicē uxorē quā alii bia dicē dixerūt. Hāc aūt phryxi Athamātis filii corpe inductā in amorē incidisse. neq; ab eo ut sibi copiā faceret īpetrare potuis se. Itaq; necessario coactā criminari eū ad Cretea cępisse quę di ceret ab eo uim sibi pene allatā. & hoꝝ sil̄ia mulierū cōsuetudīe dixisse. Quo facto Cretea ut uxoris amātē ꝑmotū athamāti ut de eo suppliciū sumeret ꝑsuasisse. Nubē aūt interuenisse & ere/ ptū phryxū & hellē ei⁹ sororē ī ariete posuisse & ꝑ hellespōtū q̄ꝫ lōgississime posset ꝑfugere iussisse: hellen decidisse: & ibi debi tū nature r̄ddidisse. Ex hui⁹ noīe hellespōtū appellatū. Phryxū Colchos ꝑuenisse: & ut añ dixim⁹ arietis interfecti pellē ī tem/ plo fixisse. Ipsū aūt a Mercurio ad Athamantē reductū q̄ patri eius satissecerit: eū innocētia confusum ꝓfugisse. Hermispus

autē dicit quo tpe Liber affricā oppugnauerit deuenisse cū ex/
excitu in eū locū: qui ꝓpter multitudinē pulueris āmodes ē ap
pellatus. Itaq; cū in maximū piculū deuenisset ꝙ iter necessario
facere uidebat. accessit eo ut aquę maxima penuria esset quo fa
cto exercit⁹ ad defectionē maximā ueuire cogebat: q qd agerēt
dū cogitāt Aries quidā fortuitu ad milites eoꝝ errans puenit:
quos cū uidisset fuga sibi p̄sidiū parauit. Milites autē qui eū fue
rūt conspicati & si puluere & ęstu pręssi uix ꝓgrediebant: tn̄ ut
prędā ex flāma petētes: arietē sequi cęperūt usq; ad eū locū q io
uis āmonis postea tēplo cōstituto est appellat⁹. Quo cū puenis/
sent arietē quē consecuti fuerāt nusq; īuenire potuerūt. Sed qd
magis his fuerat optandū aquę magnā copiā ī eo loco nacti sūt
corpibusq; recuperatis libero ꝛatim nūciauerūt: qua gauisus ad
eos fines exercitū deduxit & Iouis āmonis templū cū arietinis
cornib⁹ simulachro facto cōstituit. arietē inter sidera figurauit.
Ita ut cū sol in ei⁹ foret signo: oīa nascētia recrearent: quę ueris
tpe fiūt hac re maxime ꝙ illius fuga Liber recreauit exercitum
Pręterea. xii. signorū principē uoluit esse ꝙ ille optim⁹ exerci/
tui fuerit ductor. Sed de āmonis simulachro Leon qui res ęgy
ptias cōscripsit: ait. Cū Liber ęgyptū & reliquos fines regno te/
neret & oīa primus boībus ostendisse diceret: ammonē quēdā
ex africa uenisse & pecoris multitudinē ad liberum adduxisse:
quo facilius & ei⁹ gratia uteret & aliquid primus īuenisse dice/
ret. Itaq; ꝓ bn̄ficio ei Liber existimat agrū dedisse qui ē contra
thebas ęgyptias: & q simulachra faciūt āmonis: eū capite cornu
to instituūt: ut boīes mēoria teneāt: eū primū pec⁹ ondisse. Qui
aūt Libero factū uoluerūt assignare ꝙ nō petierit ab āmone: sed
ultro ad eū sit adductus: simulachra illi cornuta faciūt: & arietē
memorię causa inter sidera fixū dicunt.

Aurus. Hic dicit inter astra esse constitut⁹ ꝙ Euro
pam incolumē transuexit Cretā. Vt Euripides di
cit. Nōnulli aiūt cū in bouē sit cōuersa: ut Iupiter

ei satisfacere uideret inter sidera cōstituisse: ꝙ ei⁹ prior pars ap/
pareat ut tauri: sed reliquū corpus obscuri⁹ uideat. Expectat
aūt ad exortū solē: cui⁹ oris effigiē quę cōtinēt stellę Hyades ap
pellant: Has aūt pherecydes atheniensis liberi nutrices esse
demōstrat numero septē: quas etiā ante nymphas Dodonidas
appellatas. Harū noīa sūt hęc. Ambrosia. Eudora. Padile. Coro/
nis. Polisso. Phyleto. Thyene. Hę dicunt a Lygurgo fugatę &
p̄ter Ambrosiā oēs ad thetym ꝓfugisse t ait Asclepiades. u Sed
ut Pherecydes dicit ad thebas liberū platū Iunoni tradiderūt.
Quā ob causā ab Ioue grā eis ē relata ꝙ īter sidera sūt cōstitutę.
Hyades aūt appellatę sūt ut ait Museus ꝙ ex atlante & Hya
Oceani filia: sint quindecim filię ꝓcreatę: quarū quinq; hyadas
appellatas demōstrat ꝙ earū hyas fuerit frater a sororib⁹ pluri/
mū dilectus. q cū uenās a leone esset interfect⁹: quinq; de qui/
bus supra dixim⁹ lamētationib⁹ assiduis ꝑmotę dicunt interiis/
se: quare eas ꝙ plurimū de ei⁹ morte laborarēt hyadas appella/
tas. Reliquas uero decē sorores deliberasse de sororū morte. &
earū septē sibi mortē cōscisse. quare ꝙ plures idē senserūt Plei/
das dictas. Alexander aūt hyadas ait dictas ꝙ plures: hyades
& boetię sūt filię. Pleidas aūt ꝙ ex pleone oceani & atlante sint
natę. He numero septē dicunt. Sed nemo ampli⁹ quā sex uide/
re pōt. Cui⁹ causa ꝓdit: hoc qđ de septē sex cū īmortalib⁹ concu
buerūt. tres cū Ioue. Due cū Neptuno. Vna cū Marte: reliq̄ autē
Sisyphi uxor demōstrat. Quarū ex electra & Ioue dardanū. Ex
maia mercuriū. Ex tagete lacedemona ꝓcreatū. Ex Alctone aūt
& Neptuno Irea. Ex celeno lycū & nictea natū. Martē autē ex
Sterope Oenomaum ꝓcreasse quā alii ęnomai dixerūt uxorē.
Meropen aūt Sisypho nuptā Glaucū genisse. quē cōplures Bel/
lorofontis patrē esse dixerūt. Quare ꝓpter reliquas sorores ei⁹
inter sidera cōstitutā. Sed quia hoī nupsit stellā ei⁹ obscuratam.
Alii dicūt Electrā nō apparere iō qđ Pleides existiment cho/
ream ducere stellis. Sed postq̄ troia fuit capta & ꝓgenies eius

que a dardano fuerit sit euersa:dolore pmotã ab his se remouisse:& ĩ circulo q arcticꝰ dicit cõstitisse:ex quodã longo tpe lamẽtantẽ capillo sparso uideri.Itaq; e facto Cometẽ esse appellatam Sed has Pleidas antiqui astrologi seorsũ a tauro deformauerũt ut ante diximus Pleiones & Atlantis filias:quę cũ in boetiam cũ puellis iter faceret: oriona conatũ uoluisse ei uim afferre illã fugere cępisse: Oriona autẽ secutũ esse ãnis.xii.neq; eã iuenire potuisse. Iouẽ aũt puellã misertũ inter astra cõstituisse & postea a nõnullis astrologis caudã tauri appellatã. Itaq; adhuc Orion fugiẽtes eas ad occasũ sequi uidet. Eas stellas uergilias nostri dixerunt ꝙ post uer exoriunt: & hę quidem ampliorẽ cęteris habent honorẽ.Qꝗ earũ signo exoriente ęstas significat.Occidẽte autẽ hyems ostendit:qꝗ aliis nõ est traditũ signis.

Emini.hos cõplures astrologi castorẽ & pollucem esse dixerũt: quos demonstrãt omniũ fratrũ inter se amãtissimos fuisse.ꝙ neq; de pncipatu cõtenderũt neq; ullã rẽ sine cõmuni consilio gesserũt. Pro quibus officiis eorũ Iupiter inter notissima sidera eos cõstituisse existimat.Neptunũ autẽ pari cõsilio enumerasse Nã equos his quibꝰ utunt donauit & dedit potestatẽ naufragis saluti esse.Alii dixerũt herculẽ esse & Apollinẽ Nõnulli etiã Triptholemũ: quẽ supra diximꝰ & Iasona a Cerere dilectos: & ad sidera platos.Sed q̃ de Castore & Polluce dicũt: hoc ampliꝰ addũt:ut Castor ĩ oppido Adriadnis sit occisus: quo tpe Lacedemones cũ athenienſibus bellũ gesserũt.Alii aũt cũ oppugnarẽt Spartã Lynꝰ & hydas ibi pisse dixerũt. Pollucẽ ait humerꝰ cõcessisse frĩ dimidiã uitã Itaq; alternis diebꝰ eoꝝ quẽq; lucere.

Ancer.Hic dicit Iunonis beneficio inter astra collocatus: ꝙ cũ hercules contra hydrã Lerneã constitisset:ex palude pedẽ eius mordicus arripuisset qua de re Herculẽ pmotũ eum interfecisse: Iunonem autẽ inter sidera constituisse:ut esset cũ duo/

decim signis: quę maxime solis cursu continent. In ei⁹ defor mationis pte sunt quidā q asini appellant: a Libero ī testa Can/ cri duab⁹ stellis figurati. Liber enī a Iunone furore obiecto: di/ citur mente captus fugisse p Thesprotiā: cogitans ad Iouis do/ donei templū puenire: unde peteret responsum: quo facilius ad pristinū statū mentis pueniret: sed cū uenisset ad quandā palu/ dem magnā: quā transire nō posset: de quibusdā duobus asellis obuiis factis: dicit unū deprendisse eorū: & ita esse transuectū: ut oīno aquā nō tetigerit. Itaq; cū uenisset ad templum Iupitris dodonei statim dicit a furore liberatus: & asellis gratiā retulis/ se & inter astra eos collocasse. Nōnulli etiā dixerūt asino illi qui fuerit uectus: uocē humanā dedisse. Itaq; postea cū Priapo deo naturę cōtendisse: & uictū ab eo interfectū. Pro quo Libe/ rū eius misertū in siderib⁹ ānumerasse. Et ut sciret id ꝓ deo nō ꝓ hoīe timido (quia Iunonē fugerit) fecisse: supra Cancrum cōsti/ stituit: qui deę beneficio fuerit affixus astris. Dicit etiam alia historia de asellis ut ait Eratosthenes: quo tpe Iupiter bello gi/ gātibus indicto: ad eos oppugnādos oēs deos cōuocauit: ue/ nisse Liberū patrē Vulcanum satyros sylenos asellis uectos: qui cū nō longe ab hostib⁹ abessent: dicunt aselli ptimuisse: & ita ꝓ se quisq; magnū clamorē & inauditū gigantib⁹ fecisse: ut oēs ho stes eoꝝ clamore in fugā se cōuerterēt: & ita sint supati. Hui⁹ similis est historia de buccina Tritonis: Nā is quoq; fert: cū cō/ cham inuentā excauasset secū ad gigantes tulisse: & ibi sonitū quendā inauditū p conchā misisse. Hostes autē ueritos ne qua esset īmanis fera ab aduersariis adducta: cū esset ille mugitus: fu gę se mandasse: & ita uictos in hostiū ptāte puenisse.

LEo. Hic dr̄ a Ioue cōstitut⁹ ꝙ oīuꝫ feraꝝ p̄nceps es se existimat. Nōnulli etiā hoc ampli⁹ dicūt ꝙ her/ culis p̄ma fuerit hec certatio & ꝙ eū īermis īterfe/ cit. De eo & Pisandr⁹ & cōplures alii scripserūt: cui⁹ simulachrū ꝓximū ē uirgini. Sed alię. vii. stellę ad

caudã leonis in triangulo collocatę:quas crines beronices esse Conon sami⁹ mathematic⁹ & Callimach⁹ dicit. Cũ Ptolemę⁹ be/ronicẽ Ptolemęi & Aristonis filiã sororẽ suã duxisset uxorẽ:& paucis post dieb⁹ Asiã oppugnatũ ꝓfect⁹ esset:uouisse beronicẽ si uictor Ptolemę⁹ redisset:se detonsurã crinẽ: quo uoto dona/tũ crinẽ in Veneris Arsinoes Cõfintidis posuisse tẽplo:eisq; po stero die nõ cõparuisse:qd factũ cũ rex egre ferret Conon Ma/thematicus(ut dixim⁹) cupiẽs inire gratiã regis dixit crinẽ in ter sidera uideri collocatũ:& quasdã uacuas a figura septem stel las oñdit quas esse crinẽ fingeret. Hãc beronicẽ nõnulli cũ Cal limacho dixerũt equos alere & ad Olympia mittere cõsuetam. Alii dicũt hoc ampli⁹ Ptolemęũ beronicis patrẽ: multitudine hostiũ pterritũ:fuga salutẽ petisse: filia aũt sępe cõsuetã insiluis/se in equũ:& reliquã exercit⁹ copiã cõstituisse: & cõplures ho/stiũ interfecisse: reliquos in fugã cõiecisse:ꝓ quo etiã Callima/chus eã magnanimã dixit. Eratosthenes aũt dicit & uirgini/bus lesbiis dotẽ quã cuiq; relictã a parẽte nemo solueret iussisse reddi.& inter eas cõstituisse petitionem.

Irgo. Hãc hesiodus Iouis & Themidis filiã dicit Aratus aũt Astręi & aurorę filiã existimat:ꝙ eodẽ tpe fuerit:cũ aurea sęcula hominũ:& eoꝝ principẽ fuisse demõstrat:ꝓpter diligentiã & ęquitatẽ iusti ciam appellatã:neq; illo tpe ab hoibus exteras na tiones bello lacessitas esse:neq; nauigio quẽq; usũ esse:sed agris colẽdis uitã agere cõsueuisse. Sed post eoꝝ:q sint nati min⁹ offi ciosos:magis auaros cępisse fieri. Quare min⁹ iusticiã inter ho/mines fuisse cõuersatã. Deniq; eã puenisse usq; eo:dum diceret Heu heu gen⁹ hominũ natũ:Itaq; iã non potuisse pati ampli⁹ & ad sidera euolasse. Sed hanc alii Fortunã alii Cererẽ dixerũt & hoc magis nõ cõuenit inter eos ꝙ caput ei⁹ nimiũ obscurum uidet. Nõnulli etiã Erigonẽ Icari filiã dixerunt:de qua supra diximus. Alii aũt apollinis filiã ex Chrisostemi natã & infantẽ

parthenon noīe dictā eamq; ꝙ parua interierit ab Apolline in ter ſidera collocatam.

Corpius.hic ꝓpter magnitudinē mēbrorū in duo ſigna diuidit:quorū uni' effigiē nri libra dixerūt. ſed oīno totū ſignū hac de cauſa ſtatutū aſſignatur ꝙ orion cū uenaret & in eo exercitatiſſimū ſe eſſe confideret dixiſſe:etiā dianę & latonę: ſe oīa q̄ ex terra oriūt iterficere ualere: q̄re terrā pmotā ſcorpionē eduxiſ/ ſe:q; eū iterficere demōſtrat.Iouē autē utriuſq; animū admiratū: ſcorpionē inter aſtra collocaſſe: ut ſpēs ei' hoīb' documēto eēt: ne q̄s eo; aliq̄ re ſibi cōfideret. Dianā aūt ꝓpter ſtudiū orionis petiſſe a ioue : ut idē illi bn̄ficiū daret petēti qd terrę ultro tri/ buiſſet.Itaq; eū conſtitutū: ut cū ſcorpion oriat orion occidat.

Agictari'.Hūc cōplures centaurū eſſe dixerūt.alii aūt hac de cauſa negauerunt.qd nemo centaur' ſa/ gictis ſit uſus.Hic aūt querit cur equinis cruribus ſit deformat' & caudā habeat ut ſatyri.Dicunt enī nōnulli hūc eē Crotū noīe Euphemes muſarū nu/ tricis filiū ut ait Soſte' tragediarū ſcriptor: eū domiciliū ī mōte helicone habuiſſe & cū muſis ſolitū delectari: nōnūq; etiā ſtu/ dio uenatiōis exerceri.Itaq; ꝓ merita diligētia magnā laudem aſſecutū.Mā & celerrimū ī ſiluis & acutiſſimū ī muſis factū eſſe: Pro quo ſtudio petiſſe muſas ab ioue ut ī aliquo aſtrorū nūero deformaret.Itaq; iouē feciſſe ut cū omīa illi' artificia uno corpe uellet ſignificare.Crura ei' eqna feciſſe:ꝙ equo multū ſit uſus& ſagictas ꝓ īgenio adiūxiſſe:ut ex his & acumē & celeritas eē ui det.Caudā ſatiricā ī corpe fixiſſe:ꝙ nō min' hic muſę q̄; liber ſa tyris ſit delectat'. Aū hui' pedes ſtellę ſūt paucę ī rotūdo defor

mate:q̄s coronā ei' ut ludēt abiectā nōnlli dixerūt Apricorn'.Hui' effigies ſilis eſt Egipani:quē iupi ter:ꝙ cū eo erat nutritus cū eo eſſe uoluit:ut carpā nutricen de qua aū dixim'. Hic etiā dicit ꝙ cū

d ;

Iupiter tytanas oppugnaret primus obiecisse hostib⁹ timorem q Paniscos appellat̃ ut ait Eratosthenes hac etiã de causa huius inferiorẽ partẽ piscis esse formatio ꝙ muricib⁹ idest maritimis conchiliis hostes sit iaculat⁹ ꝓ lapidũ iactatiõe. Aegyptii aũt sacerdotes & nõnulli poetę dicũt eũ cũ plures dii in ęgyptũ cõ uenissent: repente uenisse eodem typhona acerrimũ giganta & maxime deorũ inimicũ: quo timore ꝑmotos in aliã figuram se cõuertisse. Mercuriũ factũ esse ibim. Apollinẽ autẽ quę thręicia auis est grus. dicit̃. Dianã Claro simulatã: qb⁹ de causis ęgyptios ea genera uiolari nõ sinere demonstrãt. ꝙ deorũ imagines di/cant̃. Eodẽ tꝑe Pana dicũt in flumen se deiecisse: & posteriorẽ ꝑtẽ corꝑis effigiẽ piscis alterã uero hirci fecisse: & ita a Typho/ne ꝓfugisse: cuius cogitatũ Iupitrẽ admiratũ: effigiem eius inter sidera fixisse.

AQuari⁹. Hũc cõplures Ganymedẽ eẽ dixerũt: quẽ Iupiter ꝓpter pulchritudinẽ corꝑis ereptũ parẽti/bus deorũ mĩstrũ fecisse existimat̃. Itaq; ostẽdit̃ ut aquã aliquo infundẽs. Hegesinax aũt de ucalio na dicit eẽ ꝙ eo regnãte tãta uis aquę se de cęlo ꝓ fuderit ut cataclysm⁹ fact⁹ esse diceret̃. Eubol⁹ autẽ Cecropẽ de/monstrat esse: antiqtatẽ generis cõmemorãs: & ostẽdẽs anteq̃ uinũ traditũ sit hoĩbus aqua in sacrificiis deorũ usos esse: & an/te Cecropem regnasse q̃ uinũ sit inuentum.

PIsces. Diogenites Eritbrach⁹ ait quodã tꝑe Vene/rẽ cũ cupidine filio ĩ Syriã ad flumẽ eufratẽ uenis/se: & eodẽ loco repẽte Typhona gigãta: de quo su pra dixim⁹ apparuisse. Venerẽ aũt cũ filio ĩ flumen se ꝓiecisse: & ibi figurã pisciũ forma mutasse: quo fcõ ꝑiculo eẽ liberatos. Itaq; postea syros q in his locis sũt ꝓximi: destituisse pisces esitare: ꝙ uereant̃ eos capę ne sil̃i causa deorũ pręsidia im pugnare uideant̃: aut eos ipsos captare. Eratosthenes autem ex eo pisce natos hoĩes dicit, de quo post dicemus.

Etus. De hoc dicit ꝙ a Neptuno missus sit ut Andromedam interficeret: quā ante diximus. Sed a Perseo sit interfectus: ꝓpter immanitatem corporis: & illius uirtute inter sidera collocatum.

Rridanꝰ. hūc alii Nilū: cōplures etiā oceanū eē dixerūt. Qui aūt nilū uolūt uocari: ꝓpter magnitudinē eiꝰ & utilitatē ęqssimū eē demōstrant. ꝑterea ꝙ ifra eū quēdā stella sit: clariꝰ cęter lucēs noīe Canopos appellata canopos aūt insula fluie aluit Nilo.

Epus. Hic dicit Orionis canē fugere uenātis. Nā cū ut oportebat: eum uenatorē finxissent: uoluere etiā hoc significare aliq̄ de cā. Itaq; leporē ad pedes eius fugientē finxerūt: quē nōnulli a Mercurio cōstitutū dixerūt: eiq; datū eē ꝑter cętera genera q̄drupedū: ut alios pareret alios brēt ī uentre. Qui autē ab hac cā dissentiūt: negāt tā nobilē & tā magnū uenatorē: de quo & añ ī scorpiōis signo diximꝰ: oportere fingi leporē uenari. Callimachū quoq; accusari ꝙ cū canis scriberet laudes eā lepoꝝ sanguine gaudere: & eos uenari dixisset. Itaq; Oriona cū tauro decertantē fecerūt. Leporis aūt hāc historiā memorię ꝓdiderūt apud antiquos ī insula lero nullū leporē fuisse: ſ ex eoꝝ ciuitate adolescētiū quendā studio generis īductū: ab exteris finibꝰ leporē fęminā ꝑgnantē attulisse: & ad eiꝰ ptū diligētissime ministrasse. Itaq; cū pepisset cōplurib ꝰ eiꝰ ciuitat studiū īcidisse & partim ꝑcio ptim bnficio mercatos oēs lepores alere cępisse. Itaq; nō lōgo īteruallo tantā multitudinē lepoꝝ ꝓcreatā: ut tota īsula ab his occupata diceret: qbꝰ cū ab hoībꝰ nil daret: ī semina eorū īpetu facto oīa comederūt. Quo facto īcolę calamitate affecti cū fame forēt oppressi: cōi cōsilio totiꝰ ciuitatis uix deniq; eos abegisse ex īsula dicunt. Itaq; leporis postea figurā ī astris cōstituisse: ut hoīes meminissēt nil esse tā exoptandū ī uita: quin ex eo plus doloris q̄ leticię capere posteriꝰ cogerent.

Rion. Hũc hesiod' Neptuni filiũ dicit: ex Euriale Minois filia natũ: concessũ aũt ei ut sup fluct' cur/rere: & ĩ terra quẽadmodũ Phyclo datũ dicit ut su pra aristas curreret nec eas infringeret. Aristo/nicus aũt dicit quendã erithrea fuisse thebis: Pyn dar' aũt ĩ insula chio. Hũc aũt cũ iouẽ & Mercuriũ hospitio re/cepisset: petisse ab eis: ut sibi aliqd liberorũ nasceret. Itaq; quo facili' petitũ ĩpetraret: bouẽ ĩmolasse & his ꝓ epulis apposuisse: qd cũ fecisset: poposcisse iouẽ & mercuriũ: ꝙ coriũ de boue fuis set detractũ: & qd fecerãt urinę ĩ coriũ infudisse: & id sub terra poni iussisse: x quo postea natũ puerũ: quẽ erathe' e facto Vrio/na noĩe appellauit: sed uetustate & cõsuetudie factũ ẽ ut Orion uocaret. Hic dicit Thebis chiũ uenisse & Oenopiõis filiã me/ropẽ ꝑ uinũ cupiditate incẽsus cõpressisse: ꝓ quo fcõ ab Oeno/pionę excecat': & de ĩsula eiect' existimat lenũ ad uulcanũ pue nisse: & ab eo quendã ducẽ Cedaliona noĩe accepisse quẽ collo ferẽs dicit ad solẽ uenisse & ab eo sanatũ: ut se ulciscere chium reuertisse. Oenepiona aũt a ciuib' sub terra custoditũ eẽ. quem postq; se iuenire posse desperaret Orion ĩ insulã cretã puenisse & ibi uenari cepisse cũ diana & ei polliceri quę supra diximus & ita ad sidera puenisse. Nõnulli aũt aiũt oriona cũ Oenopiõe ꝓpe nimia cõiunctũ amicitia uixisse & qd ei noluerit suum stu diũ in uenãdo ꝓbare dianę quoq; pollicitũ q̃ supra diximus: & ita interfectũ. Alii dicũt cũ Callimacho cũ dianę uim uoluerit afferre ab ea sagictis eẽ cõfixũ & ad sidera ꝓpter uenãdi consile studiũ deformatũ. Histri' dicit Oriana a diana eẽ dilectũ & pe ne factũ ut ei nupsisse existimaret. Qd Apollo cũ egre ferret & sępe eã obiurgãs: hoc fecisse: natãtis orionis lõge caput solũ ui/deret cõspicat': cõtẽdit cũ diana eã nõ posse sagictã mittere ad id: qd nigrũ ĩ mari uideret: quę cũ uellet ĩ eo studio se maxime artificẽ dici sagicta missa caput orionis traiecit. Itaq; cũ fluct' in terfectũ ad litt' adiecisset & se cũ diana ꝑcussisse plurimũ dole/ret. multis ei' obitũ ꝓsecuta lachrymis iter sidera statuisse existi

mat. Sꝫ quę post mortē eiꝰ diana fecerit ī eiꝰ historiis dicemus.

Anis. Hic dicit ab ioue custos Europę appositꝰ esse & ad minoa puenisse. Quem Procbris Cephali uxor laborantē dicit sanasse: & ꝑ eo bnficio canē munere accepisse. ꝙ illa studiosa fuerit uenatiōis: &ꝙ cani fuerat datū ne ulla fera ꝑterire eū posset: pꝰ eiꝰ obitū canis ad cephalū puenit: qꝫ procbris eiꝰ fuerat uxor quē ille ducēs secū thebas puenit ubi erat uulpes cui datū dicebat oēs canes effugere posse. Itaq; cum ī unū puenissent. Iupiter nescius qꝫ faceret (ut histriꝰ ait) utrūq; in lapidē cōuertit. Nō/nulli hūc canē orionis esse dixerūt & qꝫ studiosiꝰ fuerit uenan/di cū eo cane quoq; iter sidera collocatū. Alii autē Icari canē eē dixerūt de quo añ diximꝰ: quę multas ꝓposita suos bnt auctores: sed canis habet ī lingua stellā uuā quę ipsa canis appellat. In capite aūt alterā quā isis suo noīe statuisse existimat: & syriō appellasse ꝑ flāmę cādorē ꝙ eiꝰ modi sit ut ꝑter cęteras lucē uideat

Itaq; quo magis ea cognoscerēt syriona appellasse Rocbion. Hic añ maiorē canē exoriri uidet sed a nōnullis orionis esse existimat. Hac etiā de causa procbionē appellatū: sed iisdē oībus historiis quibus superior canis annumeratur.

Rgo. Hāc nōnulli ꝓpter celeritatem argo dixerūt gręce appellatā. Alii ꝙ argꝰ eiꝰ fuerit inuētor. hanc autē primā ī mari fuisse cōplures dixerūt & hac re maxie stellis eē figuratā. Hāc nauim factā pindarꝰ ait ī magnesia oppido cui demetria nomē ē. Callimachus aūt in iisdem finibꝰ ad Apollinis actii templū qꝫ argo nautę ꝓficiscētes statuisse existimant ī eo loco q pagase uocat iō ꝙ nauis argo ibi ꝑmū cōpacta dicit qꝫ ē gręce pagase. Homerꝰ hūc eūdē locū ī thęssalię finibꝰ esse demōstrat. Eschylꝰ aūt & nō/nulli aiūt a Minerua quandā materiā loquentē eodē eē cōiūctā sed buiꝰ nō tota effigies iter astra uidet: diuisa enī ē a puppi usq; ad malū significās: ne boies nauibꝰ fractis ꝑtimescerent.

CEntaur⁹. Hic dicit̃ noīe Chyron saturni & Phylire fili⁹ esse q nō mō cęteros centauros sȝ hoīes quoqȝ iusti cia dicit̃ supasse. Esculapiū & Achillē nutrisse existimat̃: pietate igit̃ & diligentia effecit ut inter astra nūeraret̃. Apud hūc hercules cū diuerteret̃ & simul cū chirone sedēs sagictas consideraret: fert̃ una eoꝝ deci/disse supra pedē Chironis & ita eū interfecisse. Alii aūt dicūt centaurū miratū ꝙ tā breuib⁹ sagictis. tā magna corpa centauro rū interfecerit ipsū cōtendere arcū conatū. Itaqȝ ex ei⁹ manu sa/gictā ꝓlapsā in pedē ei⁹ incidisse: ꝓ q̄ re Iupiter ei⁹ misert⁹ inter sidera eū constituit cū hostia quā supra arā tenēs īmolare uidet̃. Hūc alii phonon eē centaurū dixerūt: eūqȝ auspicio p̄ter cęte/ros plurimū ualere. Itaqȝ ad arā cū hostia uenire Iouis uolūtate figuratur.

ARa in hac primū dii existimant̃ sacra & cōiuratio/nē fecisse: cū Tytanas oppugnare conarent̃. eā aūt cyclopas fecisse: ab ea consuetudine hoīes dicunt̃ instituisse sibi: ut cū aliquā rem efficere cogitarēt: prius sacrificarent q̄ȝ agere cępissent.

HYdra in qua Coru⁹ insidere & crater posit⁹ existi/mat̃ de qua hāc habem⁹ memorię ꝓditā causā Cor uus apollinis tutela usus eo sacrificāte miss⁹ a fon/te aquā purā petitū: uidit arbores cōplures ficorū īmaturas: eas expectās dū maturescerēt: in arbore quadā eaꝝ cōsedit. Itaqȝ post aliquot dies coctis ficub⁹ & a cor/uo plurib⁹ earū comesis: expectās apollo coruū uidit cū cratere pleno uolare festinantē. ꝓ quo admisso ei⁹ dicit̃ ꝙ diu moratus sit apollinē q coact⁹ mora corui: alia aqua est usus: hac ignomi/nia eū affecisse: ut q̄ȝ diu fic⁹ coquerent̃ coru⁹ bibere nō posset iō ꝙ guttur habeat ꝑtusum illis dieb⁹. Itaqȝ cū uellet significare si/tim corui: inter sidera cōstituit craterā & supposuit hydrā quę coruū sitientē moraret̃. Videt̃ enī rostro caudā ei⁹ extremā uer/berare ut tāq̄ȝ nō sinat se ad craterā transire. Histrius autē &

cōplures dixerūt Coronida phlegie filiā fuisse. hāc aūt ex apol line ęsculapiū ꝓcreasse. Sed postea Scyn calci filiū cum ea cōcu/ buisse: qđ cū uideret coru⁹ apollini nūciasse: qui cū fuerit antea candid⁹ ꝓ incōmodo nūcio eū nigrū fecisse & Scyn sagictis cō/ fixisse. De Cratera aūt hāc historiā Philarch⁹ scribit. In cher/ sonense quę confinis ē. Troię ubi Prothesi ai sepulchrū statutū cōplures dixerūt urbs flagusa noīe dicit̄ in qua demiphon qui dam cū regnaret: incidit eorū finib⁹ repentina uastitas: & ciuiū internitio mirāda: quare demiphonta ꝑmotum serūt: misisse ad apollinis oraculū: remediū querens uastitatis. rn̄so aūt dato: ut quotānis una de nobiliū genere uirgo diis penatib⁹ eorū īmo/ laret̄ Demiphon aūt omniū filias pręter suas sorte ductas inter ficiebat: usq; dū cuidā ciuiū loco nobilissimo eoꝝ nato: ꝑdoluit incęptū Demiphontis: q negare cępit de sua filia se passurū sor/ tiri: nisi eodē regis filię coniectę essent: quo facto rex ꝑmotus: illi⁹ filiā sine sorte ductā interfecit. qđ Matusius noīe: uirginis pater: instanti tpe simulauit se patrię causa nō ferre egre factum potuisset enī postea sorte ducta nihilomin⁹ interficere: qđ pau latim dies regi in obliuionē ꝑduxit. Itaq; cū se ꝓpe amicissimū regi pater uirginis oñdisset: solenne sacrificiū se hr̄e dixit: eūq; & filias ei⁹ ad id cōficiendū īuitauit: q nihil aliter futurū suspi/ catus: filias añ misit: ut ipse occupar⁹ in re ciuili postea ueniret qđ cū exoptāti Matusio accidisset: filias ei⁹ interfecit & sangui nē eaꝝ cū uino ī cratere mixtū aduenięti regi ꝓ potiōe dari ius sit: q cū filias desideraret: & qd his factū esset rescisset Matusiū cū cratere ī mari ꝓiici iussit. quo facto mare quo ille ꝓiect⁹ ē me morię causa Matusiū uocatū: port⁹ autē adhuc crater dicit̄: quē antiq astrologi stellis deformauerūt ut hoīes meminissent: ma/ leficiū neminē temere lucrari posse: neq; obliuionē inimicitia/ rū fieri solere. Nōnulli cū Eratosthene dicūt: eū cratera esse quo Icarus sit usus. cū hoībus ostenderet uinū. Alii autē dolium esse quo mars ab otho & ephyalte sit coniectus.

PIscis q Notius appellat̃.hic uidet̃ ore aquã excipe re a signo aquario:qui laborantẽ quondã isin ser/ uasse existimat̃.ꝓ quo bñficio simulachrũ piscis& ei⁹filioꝝ:de quib⁹ añ dixim⁹inter astra constituit. Itaq; syri cõplures pisces nõ esitant: & eorũ simu/ lachra aurata ꝓ diis penatib⁹colunt.De hoc & hesyas scribit.

REliquũ ẽ nobis de stellis quinq; q̃s cõplures ut er/ raticas:ita planetas gręci uagos dixerũt. Vna qua rũ est Iouis noĩe Phaeton quẽ Eraclides ponticus ait quo tpe ꝓmetheus hoĩes finxerit:hũc pulchri tudine corpis reliqs pręstantẽ fecisse. cũq; suppri/ mere cogitaret ut certũ redderet cupidinẽ ioui nunciasse: quo facto missũ mercuriũ ad phaetonta ꝑsuasisse ut ad iouẽ ueniret & ĩmortalis fieret.Itaq; eũ ĩter astra collocatũ. Secũda stella di/ cit̃ solis quã alii saturni dixerũt. Hãc Eratosthenes a solis filio Phaetontã appellatã dicit:de quo plures scripserũt. ut p̃ris in/ sciẽter curru uect⁹ incenderit terras quo facto ab ioue fulmine ꝑcussum in Eridanum deiecerit:& a sole inter sidera sit ꝑlatus.

Tertia ẽ stella Marti quã alii herculis dixerũt Veneris sequẽs stellã.Hac Eratosthenes ait de causa ꝙ Vulcan⁹cũ uxorẽ uene/ rem duxisset & ꝓpter ei⁹ obseruantiã Marti copia nõ fieret ut nihil aliud assequi uideret̃ nisi sua stella Veneris sidus ꝑsequi a uenere impetrauit.Itaq; cũ uehemẽter eũ amore incenderet si/ gnificãs e facto stellam hyperiona appellauit. Quarta stella est Veneris Lucifer noĩe quã nõnulli Iunonis esse dixerũt.Hunc eundẽ Hesperũ appellari multis traditũ ẽ historiis. Hic autem omniũ siderũ maximus esse uidet̃.Nõnulli autẽ hũc Aurorę & Cephali filiũ esse dixerũt pulchritudĩe multis pręstantẽ.ex qua re etiã cũ ueuere dicit̃ certasse ut etiã Eratosthenes dicit:eũ hac de causa ueneris appellari:exoriẽte sole & occidẽte uideri: q̃re ut añ dixim⁹iure hũc & luciferũ & hesperũ nomĩatũ. Quinta stella est Mercurii noĩe Stilbon:sed hęc est breuis & clara.Hęc autẽ Mercurio data existimatur ꝙ primus mẽses instituerit &

pręuiderit siderũ cursus: Euheremus autem primã ait Venerem astra constituisse & mercurio demonstrasse.

PRęterea ostendit circulus quidã in sideribꝰ candido colore: quẽ Lacteũ esse nõnulli dixerũt. Eratosthenes aũt Mercurio dicit infanti puero insciam Iunonẽ dedisse lac: sed postq̃ꝫ rescierit eũ maię filiũ esse reiecisse eũ a se: Ita lactis ꝓfusi splendorem inter sidera apparere. Alii dixerũt dormiẽti Iunoni herculẽ suppositũ & exprectã ei qđ supra diximꝰ fecisse. Alii autẽ herculẽ ꝓpter nimiã auiditatẽ multitudinẽ lactis appetisse neqꝫ in ore cõtinere potuisse: ꝙ ex ore eiꝰ ꝓfusũ circulũ signasse. Alii dicunt quo tpe Ops saturno lapidẽ ꝓ partu attulit: uisisse ei lac prębere: quę cũ pressisset mammã ꝓfuso lacte circulũ deformatum: quẽ supra demonstrauimus. Nos autẽ omniũ corporũ deformationẽ dicere instituimus.

Clariſſimi uiri Hyginii deſcriptionũ formarũ cęleſtiũ Aſtronomicon.

Gitur incipiens a polo Boreo pro/tinus dicere: quo utręq; arctui nixę uebunt arctico circulo clauſę: & ita collocatę ut alterius una quęq; earũ reſupinata caput: alterius tegere ui/deatur: ita tamen ut caput eius quę ſuperior fuerit ad caudam iferioris cõtendat. Harũ maior in extremo circulo pedes habet fixos. Prę te/rea habet in capite ſtellas ſeptẽ: oẽs obſcuras. ĩ utriſq; auribus binas. In humero claram unã. in pede de poſterioribus nouiſſimo duas. In ſũmo interſcapilio unam. In crure de poſteriorib⁹ primo unã In pede priore duas. In cauda ipſa tris. Ita toti⁹ ſideris ſtellę ſũt omnino. xxi. Minor autẽ habet in ſtatiõis unoquoq; loco ſtel las ſingulas clare lucentes & ſuper caudam tris: omnino ſeptẽ. ſed ĩ prioribus caudę ſtellis una a qua polus appellatur. ut Era/chones dicit. per quem locum ipſe mũdus exiſtimatur uerſari. Reliquę autẽ duę χορευτάι dicuntur: q circum polũ uerſant.

Raco inter duas arctos collocatus uidetur corpis ſinu facto arctõ minorẽ ita cõcludere: ut pene pe/des eius tangere uideat: cauda autem flexa caput maioris attingere: ſuo capite tãq; reducto: circulũ arcticũ attingens: corpus ut in ſpheram complica ri: & ſi quis diligentius attenderit: uidere poterit caput draco/nis ad maioris urſę regionẽ caudę collocari. Hic habet ĩ utroq; tempore ſtellas ſingulas. In oculis ſingulas. In mento unam: & toto corpore reliquo paſſim claras decẽ: ita ut omnino ſit ſtel/larum quindecim.

ARrctophilax. Huius manũ sinistrã circulus arctic⁹ ĩcludit: ita ut neq; occidere neq; exoriri uideatur Ipse enĩ positus ab arctico circulo ad ęstiuũ definitur inclinatus in longitudinẽ. dextro pede ęstiuo circulo nixus. hui⁹ humeros & pect⁹ a reliquo corpore diuidit circulus: q̃ ꝑ utrosq; polos transiens tangit arietẽ & chelas: hic quidẽ cũ tauro & geminis & cancro & leone occidit: ideo sero occidere dicit̃: ꝙ magis erect⁹ a pedibus peruenit ad terrã. At exoriẽs citius q̃z chelę uidet̃. Habet autẽ in sinistra manu stellas quattuor: quę nũq̃z occidere uident̃. In capite

ſtellam unam. In utroq; humero ſingulas. In utraq; mãma ſingu las. ſed clariorem dextrã: & ſub ea alterã obſcuram: & in cubito dextro claram unã. In zona unã clarius cęteris lucentẽ. hęc ſtel la arcturus appellatur. In utriſq; pedibus ſingulas: quę oĩo ſunt quattuordecim.

Boetes

Oronã humero ſiniſtro prope cõtingere arctophi lax uidet: quę ante engonaſin dextri pedis calce cõiungit. hęc cancro & leone exoriente occidere:

cum ſcorpione exoriri perſpicitur. Habet autē ſtellas nouem i rotundo diſpoſitas, ſed ex his tres clarius cęteris lucentes.

Corona

Ngonaſin. Hic poſitus inter duos circulos arcti/cum & ęſtiuū: utriſq; pedib' & dextro genu quem ante dixim' arcticū circulū finit. Ita tn̄ ut dextro pede priorib' digitis circulū terminet: ſiniſtro aūt toto caput draconis opprimere conet. Humeris autē uelut ſuſtinēs circulū ęſtiuū & manu dextra ,piecta tangēs Leua autē e regione ad ſiniſtrū genu porrigēs ęquali interuallo circuli ęſtiui & genu ſiniſtri. Hic occidēs capite pri' q̄ reliquo

d

corpore deuenit ad terram: qui cũ totus occidit ut pendere pe
dibus ex arctico circulo uideat. Exoriens ante pedibus q̃z reli
quis membris. Habet autem in capite stellam unam. In sinistro
brachio unam. In utroq; humero singulas clare lucẽtes. In ma/
nu sinistra unam. In dextro cubito unã. In utroq; latere singu/
las: sed clariorẽ in sinistro. In dextro femore duas. In genu unã
In poplite unã. In crure duas. In pede unam quę dicitur clara.
In sinistra manu quattuor. quas pellem leonis nõnulli esse di/
xerunt: Ita sunt omnino decem & nouem.

Hercules

Yra: hęc posita est contra regionem: eius loci qui est inter genu & manū sinistram eius: qui engona sin uocatur: cuius ipsa testudo spectat ad arcticum circulum. Sūmum autē cacumen ad polum notiū contendere uidet. Hęc lyra uirgine exoriente occidere uidetur: & cum sagictario exoriri pspicitur. Habet autē in ipsis testudinis lateribus singulas stellas. In sūmis cacuminibus eorū quę in testudine ut brachia sunt coniecta singulas. In mediis iisdē quas humeros Eratosthenes fingit singulas. In scapulis ipsius testudinis duas. In ima lyrę quę ut basis totius uidetur unam: & ita omnino sunt nouem.



Lor. Huius una ala est ad circunductionem huius circuli: qui arcticos uocat: contingens extremum pedem sinistrũ eius: qui engonasin uocat. Sinistrã autẽ habet alam paululũ extra circulũ ęstiuũ pene coniungens pedibus pegasi: ęstiuus autẽ circulus rostrũ eius a reliquo corpore diuidit. Cauda iungit extrema cũ capite cephei. Hic cum uirgine & chęlis occidens: prius capite q̃ reliquis membris deuenit ad terram: exorit autẽ cum capri/corno. Hic habet in capite stellam clare lucentẽ unam. In collo alteram pari fulgore. In utrisq; pẽnis quinas. Supra caudã unã. oĩno habet stellas. xiii.

Cygnus

CEpheus a tergo minoris arcti cõstitut⁹ includit̃ ar
ctico circulo a pedib⁹ ad pect⁹: ut p̃ter humeros &
caput eius nihil occidere uideat̃: nec longe abest a
flexu draconis quẽ capite primũ efficere uidet̃. ce
pheus aũt manib⁹ utrisq; ꝓiectis figurat̃ tanto dis/
sidet interuallo a pedib⁹ arcti minoris quãtũ spaciũ inter pedes
cephei uidet̃. Hui⁹ caput scorpione exorto occidere: cũ sagicta
rio exoriri uidet̃. Hic autẽ habet ĩ capite stellas duas. In manu
dextera unã. In cubito obscurã unã. In sinistra manu & ĩ hume/
ro singulas. In dextero humero unã. In zona quę medium eius
diuidit corpus tres stellę clare uident̃. In latere dextro obscurã
unã. In sinistro genu duas. In utrisq; pedibus singulę. Supra pe/
des stellę. iiii. Hic totus oĩno stellarũ numerus. xix.

Cepheus

CAssiopęia sedēs in siliquastro collocata ē. cui' sedilis & ipsi' cassiopęię pedes positi in ipsa circūductione circuli qui arcticos uocat. effigies autē corporis ad estiuū circulū puenit: quē capite & dextera manu tāgit. Hāc ppe mediā diuidit circulus islacteus appellat pxime cephei signū collocatū: Hęc occidēs cū scorpione capite: cū sedili resupino ferri pspicit. Exoriri autē cū sagictario. Hui' in capite stella ostendit una. In utroq; humero una. In mamilla dextra clara una. In lumbis magna una. In sinistro femore duas. In genu una. In pede ipsi' dextro una. In quadrato quo sella deformat una. In utrisq; singulę clari' cęteris lucentes. Hęc igit est oīno stellarū. xiii.



Ndromeda ꝓpe caſſiopeiã ſupra caput perſei bre/
ui interuallo diſſidẽte pſpicit collocata: manibus
diuerſis uincta ut antiqs hiſtoriis ẽ traditũ: cuius
caput equi pegaſi uẽtri cõiungit. Eadẽ enĩ ſtella ut
umbilicus pegaſi & andromedę caput appellatur
Hui⁹ mediũ pectus & manũ ſiniſtrã circulus ęſtiu⁹ diuidit. Oc/
cidit autẽ cũ piſce de duob⁹ ſecũdo: quẽ andromedę ſubiectum
brachio ſupra dixim⁹. Exoriẽte libra & ſcorpione capite priuſ/
q̃z reliquo corpe puenit ad terrã. Exorit autẽ cũ piſcib⁹ & ariete
Hęc ut ſupra dixim⁹ hz ĩ capite ſtellã clare lucẽtẽ unã. In utroq;
hũero. i. In cubito dextro. i. In ipſa mãu. i. In ſiniſtro cubito ul' ĩ

brachio unã. In manu alterã. In zona tres. Sup zonã quattuor. In utroq genu unã. In pedibus autẽ binas. Ita omnino est stel/larum numerus. xx.

Erseus. Huius sinistrũ crus & humerũ leuũ: circu/lus estiu' a reliquo corpe diuidit. Ipse manu dex/tra arcticũ circulũ tangit: dextro pede caput auri/ge premere uelut currens uidet. Idẽ occidens sagi ctario & capricorno exorto inclinat ad caput uer sus: cũ ariete & tauro rectus exorit. Habet autẽ i utroq hume/ro stellam unã. In manu dextra clare lucentẽ unã qua falcem te nere dicit: quo telo Gorgonã interfecit. In sinistra alteram qua

Perseus

caput Gorgonis tenere existimatur. Habet prēterea in uentre stellam unam. In lumbis alterā: in dextro femore unā Ad genu in tibia unā. In pede unā obscurā. In sinistro femore unā. In genu alterā. In tibia duas. In sinistra manu qd Gorgonis caput uocatur stellas quattuor. omnino ē stellarū numerus decem & septem. Caput eius & falx sine sideribus apparent. Hunc Aratus cū diceret inter sidera cyconis menon figuratū: acceperūt complures eū puluerulentū dicere: qd minime cōuenit posse inter sidera etiā puluerulentum accipere. Quod si esset: dignior erat orion cui idem ascriberet. Primū ꝙ assidue est uenatus & semp in terra fuit. Denique adhuc inter sidera uenari uidet. Perseus autem qui assidue uolabat: nō potest puluerē habere. Quid igitur est cum uellet aratus eū currentem obscure significare: usus ętholorū consuetudine ceconis menon dixit: ętholi enim cū uolunt aliquem decurrere significare ceconisse dicūt id: Quod Aratus uoluit demonstrare: nō ut illū uolantē assidue puluerulentū dicat. Quod a multis perperā est intellectum.

HEniochus autē circulo ęstiuo genuū sine prēterea humero sinistro usq; ad zonā diuidit ab eo: quem supra Lacteū orbem diximus. Huius dexter pes tauri cornu sinistro stella coniungit: idest una manu ut lora tenens figurat. Cuius i humero sinistro capra. In manu autē duo. hędi stellis formati dicunt. Totus aūt pedibus Persei subiect': caput habens contra urse maioris aspectum. Hic occidere sagictarii & capricorni exortu uidet. Exoriri autē ophiulco & engonasi occidente. Habet prēterea stellam unam in capite. In utroq; humero unam. sed in sinistro clariorem quę uocatur capra. In utroq; cubito unā. In manu duas quę hędi appellant stellis prope occidentibus formati. Ita oīno sunt numero septem.

Auriga

Ophiulcus inclinatus a capite: ut qui resupinari ui/
detur manib⁹ anguē tenere figurat⁹ est. Huius aūt
humeri ab ęstiuo circulo diuidunt̄ a reliquo cor/
pore. Ipse genuū fine ab ęquinoctiali terminat̄ cir
culo. Pede sinistro premens oculos: dextro autē
testudini scorpioni innix⁹. Anguis autē q ab eo tenet̄ ꝓpe ex/
tremo ore coronā cōtingēs mediū precingit ophiulcū: a cauda
breuior q̄ꝫ superiore corpe qua manus sinistra ipsi⁹ signi figurat̄
ita tn̄ ut extrema cauda circulum ęquinoctialē cū aquilę cauda
iungat. Occidens autē exortu geminorū cancri & leonis ꝑue/
nit ad terram. Exoriens autē cum scorpione & sagictario appa/

ret. Hic habet in capite stellam unam. In utroq; humero singu/
las. In sinistra manu tres. In dextra manu q̃ttuor. In lũbis duas.
In utroq; genu singulas. In dextro crure unã: In utroq; pede sin
gulas. sed clariorẽ in dextro. Itaq; est oĩno stellaꝝ numer⁹. xvii.
Anguis autẽ habet in sũmo capite stellas duas. Sub capite tres
uno loco omnes. Ad manũ ipsius ophiulci sinistram duas. sed
quę maxime ad corpus eius accedit clariorẽ. Et ĩ dorso anguis
ad ipsam corpis coniũctionẽ quinq;. Et in prima curuatura cau
dę quattuor. In secũda caput uersus habet stellas sex. Ita est oĩ/
no stellarũ numerus. xxiii.

Serpentarius

SAgicta inter duos circulos estiuũ & equinoctialẽ signo aquilę supposita diuiditur ab eo circulo qui utroq; polo subiectus ad cancrum & capricornum puenit. Huius cacumen ad equi pedũ regionẽ spectat. Altera pars ad humeros ophiulci tẽdit. Hęc occidit uirginis ortu. oritur autẽ cum scorpione. Habet omnino stellas quattuor: quarũ una in principio materię altera ī medio. duę reliquę ī eo loco quo ferrũ solet affigi: diuerse uidentur.

Sagicta



Quila ala dextra nõ multum extra circulum ęqui noctialem prodire: ſiniſtra autẽ nõ longe a capite ophiulci figurata uidetur. Pręterea roſtrum eius a reliquo corpore diuidit circulus quem ſupra dixi mus a cancro ad capricornũ peruenire. Media aũt finiſ ab eo quem ſupra lacteũ orbem demõſtrauimus eſſe. Hęc exorto leone occidit. Exoritur aũt cum capricorno habens in capite ſtellam unam. In utraq; pẽnã unam. In cauda unam. Itaq; omnino ſunt quattuor.

Aquila

DElphin nõ longe ab Aquilę ſigno figurat: in cur/uatione caudę nouiſſimę equinoctialis circuli circũductione tangit: capite prope contingens equi pegaſi roſtrũ. Hic exorit cum ſagictarii poſteriore parte. Occidit autẽ cum uirgo exorta eſt a capite. Habet autẽ in capite ſtellas duas. Supra caput ad uerticẽ duas alias. Ad ea quę in uentre uelut pẽnę uident habet ſtellas tres. In ſcapulis unam. In cauda duas. Itaqꝫ omnino ſunt ſtellę numero decem.

Delphin

EQuus arcticũ circulũ ſpectãs pedib' eſtiuo orbe niti: extremo ore caput delphini tãgere uidet: aqrii manũ dextrã ceruici ſua cõiũgẽs & utriſqꝫ piſcibus clauſus quos in duodecim ſignis poſtea demon/ſtrabimus. Huius in ſtellis corpus apparet uſqꝫ ad

umbilicũ deformatum. Qui occidit cũ piſce de duobus primo: qui ſupra tergum eius eſt fixus. Exoritur cum Aquario toto & piſce cũ quo occidit: & manu aquarii dextra. Hic habet in ro/ ſtro ſtellas duas obſcuras. In capite unam. In maxilla unam. In utriſq; auribus ſingulas. In ceruicib' quattuor obſcuras. ſed ma xime lucet quę capiti ꝓxima apparet. In humero claram unam In pectore unam. In ſcapilio unam. In umbilico nouiſſimã unã quę andromedę uocat. In genibus utriſq; ſingulas. In utriſq; po blitibus ſingulas. Ita ſunt omnino numero decem & octo.

Equus

DEltoton autē ut in triangulū deformat: ęquis quo dāmodo laterib' duobus: uno breuiore sed prope ęquali reliquis. Inter ęstiuū & ęquinoctialē circulū supra caput arietis: nō longe ab andromedę dex/tro crure & persei manu sinistra collocatū: Cū arie te toto occidēs. Exoriēs autē cū eiusdē dimidia priore pte. Habet autē stellam: in unoquoq; angulo unam.



Triangulus

NVnc protinus duodecim signoꝝ figurationē dicemus. Quorū est princeps Aries ī ęquinoctiali cir/culo cōsistens: caput ad exortū habens euersum: Occidens a primis pedib' & exoriens: caput infra triangulū quod supra dixim' tenēs collocatū: pe/

dibus prope cõtingens caput Piſtricis. Habet autem in capite ſtellam unam. In cornib' tres. In ceruice tres. In pede priore de primis unam. Inter ſcapilio quattuor. In cauda unã: ſub uentre unam. In lumbis tres. In pede poſteriori unam. Que ſunt oĩno numero decem & octo.

TAurus ad exortum ſignorum dimidia parte col / locatus: ut incipere genu ac defigere ad terram ui detur. Caput eodem habens ac tentũ. Genua eius reliquo corpe diuidit circulus equinoctialis Cor / nu ſiniſtro ut ſupra diximus cõiungitur cum ſini /

e

ſtro pede eius:qui auriga appellatur.Inter huius finitionē cor/
poris & arietis caudā ſtellę ſunt: quas uergelias noſtri greci aūt
pleidas appellauerunt.Hic auerſus occidit & exorit.Habet in
cornibus ſingulas ſtellas: ſed in ſiniſtro clariorē. Vtriſq; oculis
ſingulas.In fronte media unā. Ex quibus locis cornua naſcunt
ſingulas:quę ſeptem ſtellę hyades nūcupant. Et ſi nōnulli quas
duas diximus nouiſſimas ſtellas negauerint eſſe: ut oīno hya/
des eſſent quinq;. Pręterea in ſiniſtro genu priore habet ſtellā
unam.Et ſuper ungulam unam.In dextro genu unam.& inter/
ſcapilio tres:nouiſſimā earū cęteris clariorem.In pectore unam
Quę ſunt omnino pręter uergilias quattuordecim.

.Taurus

Emini ab aurigę parte dextra ſupra orionē collo/cati uident:ita tn̄ ut orion inter taurū & geminos ſit cōſtitutus: capita eorū diuidunt a reliquo cor/pore:circulo eo qui ęſtiuū diffinire ſupra eſt dict'. Ita ut cōplexa corpa inter ſe tenētes. Occidāt di/recti a pedib'.Exoriunt autē inclinati ut iacētes Sed is q can/cro eſt,pximus.habet in capite ſtellā unā clarā. In utriſq; bume ris ſingulas claras.In dextro cubito unā.In genib'utriſq; ſingu las.In pedib'utriſq; ſingulas. Alter autē i capite unā.In ſiniſtro humero unam.In dextro alterā.In utriſq; manibus ſingulas.In dextro genu unā.In ſiniſtro genu alterā. In pedibus utriſq; ſin las & infra ſiniſtrū pedē unā quę tropus appellat.& ſūt.xviii.

CAncer. Hunc medium diuidit circulus ęstiuus ad leonis exortus spectantē: paululū supra caput hydrę collocatum. Occidentē & exorientem posteriore corpis parte. Hic autē habet in ipsa testa stellas duas quę asini uocant: de quibus ante dixim⁹. In pedib⁹ dextris singulas obscuras. In sinistro pede p̄mo duas In secūdo duas obscuras. In tertio unam. In quarto primo unā obscuram. In ore unam. In ea quę chela dexterior dicit tres similes: nō grandes. In sinistra similes duas. Et ita ē omnino stellarum numerus decem & octo.

Cancer

